

N. 61.

A. D. 1290

(18 luglio, Indiz. III).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Iacobus Bertonus not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettangolare: alt. 0,29, larg. 0,24.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Riccardus Bonellus, f. qd. Iudicis Angeli, donò pro anima al clero della Chiesa di S. Maria Maggiore una sua casa cum gayfo, messa in pictagio Burgi, iuxta ripam maris.</i>
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione Domini Nostri Iesu christi. Millesimo. Ducentesimo Nonagesimo. Regnante domino nostro Karolo secundo *etc.* Regnorum vero eius anno sexto. Die octavodecimo Mensis Iulii tercię Indictionis. Nos Robertus de argentera. Regalis Baroli Iudex. Iacobus bertonus. publicus eiusdem terre Notarius et subscripti testes *etc.* declaramus; quod Riccardus bonellus f. qd. Iudicis Angeli bonelli concivis nostri infirmus Iacens recte tamen et memoriter valens loqui Rerum suarum dispositionem fecit et inter cetera declaravit se dudum dedisse dompno Thomasio f. qd. Magistri Rogerii et dompno Bartholomeo de Maraldicio Clericis Maioris Ecclesie Sante Marie de Barolo. Domum unam quam habebat in pictagio Burgi cum Gayfo adherenti. sibi. ex parte Meridiey; que domus subscriptis finibus designata. tenendam usufruendam per eos dum vixerint; post mortem vero dicta domus; ad alios clericos seu Clerum eiusdem Ecclesie deveniret ita tamen ut quolibet anno tenerentur facere anniversarium pro anima dicti qd. Iudicis Angeli patris sui. *etc.* Est autem dicta domus cum Gayfo in Burgo Baroli, a prima parte a medio pariete. iuxta Reliquam domum eiusdem Riccardi. a secunda parte Iuxta viam a tertia parte a medio Castro iuxta domum Costantie Relicte bonelli f. qd. eiusdem Riccardi. A quarta vero parte iuxta Ripam Maris. Ex hoc